



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XVII. Ius eligendi Pastores, seu Ministros estne Populi, an Episcoporum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

QVÆSTIO XVII.

*Quis eligendi Pastores, seu Ministros esse
Populi, an Episcoporum?*

XXVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ: Eligere & vocare populi solius est: Ordinare autem Pastorem, sed nomine populi. Vide meum *Luthero-cal. p. 2. q. 42.*

CHRISTVS Ioan. 15. *Non vos me elegistis, sed ego elegeri vos:* Sicut Moysen Deus, & Moyses Aaronem. Vnde Ps. 98. *Moses & Aaron in Sacerdotibus eius.*

2. Et ego Summus Sacerdos quam incruenti sacrificij *Hosiam Feci* ter sanctissimam, *Facere* item iussi Apostolos, dicens: *Hoc facite.* Dictumque factum fuit; eoque ipso, Vocatos & Electos, in Sacerdotes inauguravi, & Potestatem faciendi contuli, cuius faciendi mandatum dedi.

3. Ego dixi, & feci: Ioan. 20. *Sicut misit me Pater,* ad Sacra omnia operandum; ita & Ego *MITTO* vos. Simul *Insufflavi & dixi eis: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Et quis est hic, qui peccata dimittit, nisi Christus per Sacerdotem secundum Ordinem Melchisedech?

4. Simili cum propagatione spiritali; (non carnali;) etiam Apostoli mei S. Clerum meum exauerunt. Vnde Paulus Sacris ab sese ritè initiatum monet & officij ordinarij exercendi, & Sacerdotij propagandi, dicens 1. Tim. 4. *Noli negligere Gratiam, qua est in*

te, qua data est tibi per IMPOSITIONEM MANVVM Presbyterij, id est, per Episcoporum cætum, non per Sacerdotes simplices: Ita S. Chryl. cæterique Patres. 2. Tim. 1. Resuscites gratiam, qua data est tibi per Impositionem manuum mearum: Non populi, aut Sacerdotum simplicium.

Verum, 1. Tim. 4. *Manus cito nemini imposueris; ut Episcopus episcopando.*

Ordines Sacri tres Maiores an sint iuris diuini? Luthero-caluinistæ non controuertunt quidem; Minores tamen certos aspernantur; malunt arbitrarios.

De Episcopis vide 1. Tim. 3. Tit. 1. De presbyteris, 1. Tim. 4. Tit. 1. De Diaconis, 1. Tim. 3. Act. 6. de 7. Diaconis. Act. 7. de S. Stephano.

Minores quatuor docentur ex S. Traditione apud Bellar. lib. 1. de Cler. cap. 11, 12.

QVÆSTIO XVIII.

An Episcopi sint maiores Presbyteris?

XXVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVIN. cum Aerio archihæretico pernegant. Vide in meo *Luthero-cal. par. 2. q. 46.*

CHRISTVS. 1. Ego, Luc. 6. *elegi duodecim ex illis Discipulis, LXX. Luc. 22. iudicantes XII. Tribus Israel. Nam constitui eos Principes super omnem terram: Et cuiq; dixi, ut verè S. Patres aduerterût, Mat. 24. Fidelis seruus & prudens, quæ constituit Dominus super Familiam suam, non subter.*

G Qua-